

coeptum dissolvit *Dexia* votum. *Eidem deae alii tituli eodem loco dicati, XII 1062. 1063. De Dexiatibus Galliae Narbonensis (Plin. h. n. 3, 34) monuit Rabiet. — 2) Ita incolae oppidi hodie Cadenet antiquitus dictos esse putant.*

**4703<sup>a</sup>** *Difona*<sup>1</sup>.

*Laudun a dextro Rhodani in agro Volcarum rep., est Nemausi, ara (XII 2768 vidit Allmer). — 1) Rivi la Vione nomen contulit Charvet Viennensis; rectius fortasse Keune Westd. Korrespondenzbl. 1896, 104 attulit Auson. carm. 19 (ord. urb. nob.) c. 160: Divona Cellarum lingua, fons addite divis.*

**4704** Aug. sacr. dea[e] | Icauni<sup>1</sup> | T. Tetricius African. | d. s. d. d.

*Auxerre, ubi fuit Autessiodurum Senonum (XIII 2921 bis descripta saec. XVIII). — 1) Icaunis (vel forte Icauna, nam fines omnium versuum ab altero tantum auctorum lecti sunt, nec sine difficultate ut videtur) antiquum nomen fuit fluminis Yonne cf. vita S. Germani episcopi Autissiodorensis c. 12 (act. Sanct. mens. Iul. 7, 215): in conspectu Autissiodorensis oppidi interposito Icauna flumine monasterium collocavit.*

**4705** deae Icovellau|nae<sup>1</sup>, | sanctissimo | numini, Genia|lius Satu[r]-  
ninus<sup>2</sup> | v. s. l. m.

*Sablon prope Metz rep., tabella aenea (Jahrbücher d. Vereins v. Alterthumsfr. im Rheinlande 66, 1879 tab. IV fig. 1, cf. ib. 69, 1880 p. 34 not. 1; Huebner ex. scr. epigr. n. 903). — 1) Una prodiit alia tabella aenea cum nomine eiusdem deae (Jahrb. 66 l. c. fig. 2), tertia tabella, sed marmorea, prodiit Augustiae Treverorum (Hettner Westd. Korrespondenzbl. 1891 p. 133, Steindenkmäler des Museums zu Trier n. 110). — 2) Satuaninus incisum est.*

**4706** deae | Mogon|tiæ<sup>1</sup> Iul. | Paternus | tabellár. | ex vótó.

*Sablon prope Metz rep. (Zangemeister Ann. Rhenan. 69, 1880 p. 34). — 1) Deo Mogonti dedicati sunt tituli Britannici infra N. 4728. 4733; similia nomina vel agnomina deorum N. 4566. 4577. 4649. 4728 not. 1 (cf. Zangem. l. c.).*

**4707** deae | Nariae | reg. Arure.<sup>1</sup> | cur. Feroc. l.<sup>2</sup>

*Muri prope Bernam rep., basis sigilli aenei, est Bernae (XIII 5161 = Inscr. Helv. 216; delineavit Huebner ex. scr. epigr. n. 902). — 1) Regio Arurensis (dicta a fluvio Aar; nautae Aruranci sunt in titulo inscr. Helv. 182). — 2) Curante Feroce liberto (libertum ipsius regionis ad vici formam constitutae intellegi putat Mommsen).*

**4708** Nariae | Nousan|tiæ | T. Frontin. | Hibernus | v. s. l. m.

*Cressier prope Aventicum Helvetiae (XIII 5451 = Inscr. Helv. 163 Mommsen vidit ectypum gypsaeum).*

**4709** C. Iulius | Floru[s] | Onuavae<sup>1</sup>.

*Burdigalae rep. a. 1828 (XIII 580 semel descripta). — 1) Ad eandem deam pertinebat epigramma metricum Burdigalae semel (a. 1526) descriptum, XIII 581 = Buecheler carm. epigr. n. 871.*

**4710** L. Gellius | Sentronis f. | Ritonae aede (sic) | v. s. l. m.

*Montaren prope Uzès (Ucetiam), Galliae Narbonensis (XII 2927 Allmer descr. ectypum).*

**4711** deae Soioni<sup>1</sup> | Aug. | Luccius Marcia. | et Sennius Mari|anus  
de suo posuerunt loco priva|to Upeior. pupillor.

*Prope Soyons (ad Rhodanum) rep., nunc Valence (XII 2656 vidit Hirschfeld). — 1) Soyons locum nomen habere ab hac dea apparet.*